

Apostolus inquit, amor Patris, videlicet vera charitas in illo non est. Nihil magis oppositum est Deo, S. Jacobus ait, quam amor mundi; & quicumque vult esse amicus hujus seculi, inimicus Dei constituitur. Cum ergo Deus mundum dilexit, eumque in finem usque dilexit, tunc insensibilium sibi dilexit inimicum, sed ideo illum dilexit, ut eum sibi conciliaret amicum: etenim mittens ad eum Filium suum, non aliud sibi proposuit hic Princeps Pacis, quam illi dare Mediatorem, qui gratiam facere posset, & hoc innuebant Angeli cum in Salvatoris nativitate clamabant: *Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax hominibus.* Amavit igitur Deus mundum peccatorem; & per Filium obtulit omnibus peccatoribus media pacis secum reconcilianda, evitandarumque poenarum illis debitaram, qui ab illo secedunt. Quid autem

mundus? Mediatorem, atque Salvatorem suum recipere noluit; in illum insurrexit, & quin sua expiaret scelera, illis cumulum addidit. Mediator vero, quin poenas refoceperet, bonum pro male repperit; precatus est propter inimicum suum; oravit, & exauditus est pro sua reverentia, inquit A. B. s. apostolus; ejusque oratio propter infinita orantis merita exaudita fuit; vel ut aliis placet Interpretibus, exauditus est propter summam reverentiam, qua orationem suam comitabatur. Expectavit Deus, donec mundus Apostolorum predicatione conversus ageret poenitentiam; peperit illis quorum sincera erat poenitentia; pertinaces vero, obduratosque peccatores, postquam diu susceperat, tandem in eos animadvertit, eosque in infernum egit precipites. Cardinalis Bellarmus in *Tractatu de septem verbis Domini in Cruce.*

DE AMORE

INIMICORUM, ET INJURIARUM VENIA.

MONITUM.

Quamquam præceptum, quo Deus inimicos diligi iussit, sub generali Charitatis præcepto continetur, quo Proximum amare tenemur; attamen argumenti amplitudo causa est, ut Conciones scilicet partem ejusdem præcepti scilicet sumptam, qua Deus nobis injuriarum præcepti veniam; alterum vero positivum mandatum, quo inimicos etiam amare jubemur; non enim alios existimamus nobis inimicos, quam illos, a quibus læsæ sumus, & aliqua injuria affecti, & quomvis factus veniam illis elargiri vellemus, semper tamen licere nobis arbitrari aliquam nasci causam, qua ab illis posita charitate diligendū excusamur. Ad hoc igitur argumentum pertractandum, quocumque instituitur via, hæc duo tamen semper jura conjungenda; quæ modicum generatim prætermissi non potest sermo de effectu ubi de illius causa pertractandum est; neque vicissim satis bene explicari potest natura effectus, quin de causa ipsius verba fiant; tunc vero præcipue cum de illi agitur, quæ ad morum pertinent disciplinam: quod tamen non prohibet quominus inter utramque aliqua fieri possit præceptio. Verum cum in duobus hisce præceptis ejusdem partibus variè adhiberi extensionis gradus sint considerandi; quaeritur enim quid ille complectantur, & quomodo ea sese extendat obligatio, quando sint officia sublimiora circa eadem objecta, quando minus præceptum hoc obliget, & quænam sint officia sublimiora circa eadem objecta, quæ consilii tantummodo sunt, atque p. sectionis; hic affirmari quidquid aptius, ac fructuosius mihi undequaque colligere contigit, quo rite pertractari queat argumentum ex universa Morali Christiana maxime necessarium, & quod nunquam satis de suggestu tundi, retundique potest.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Concionum structura de Amore inimicorum, & venia injuriarum.

I. PRO concionis argumento, ac partitione duæ hæc possunt assumi, quæ ad veram, perfectamque reconciliationem faciendam maxime requiruntur. Primum est injurias, quibus affecti sumus, remittere, & eos diligere, qui nobis aliquod sensibile incommodum attulerunt, vel qui ad hoc intendendum parati sunt, propter odium, quo flagrant in nos, & qui nobis vere sunt inimici. Alterum est, exterius nosmet cum illis reconciliare, cum quibus jam necessitudinis vinculum fuerat, & quorum adpectum effugiebamus. Horum alterum offendet, a Deo internum odium prohiberi, alterum vero, præcipi, ut exterius resarcite gratie manifesta quædam præbeamus indicia. Ex illis, qui se parcere velle iustitiant, alii sibi persuadent satis esse, si minime in fratres suos odium testentur, cum interim animo mortales foveant inimicitias; alii sufficere arbitratur interius veniam concedere, quin ipsi negotium facessat exterior reconciliatæ gratiæ species, post insignem inimicitiam, quæ ingens scandalum attulit. Duplex error duplici Concionis hujus parte impugnandus.

Primum autem offendendum est, nihil vulgatius esse, quam secretum odium fovere sub exteriori benevolentia specie. Non enim in aulis tantum usus est dissimulatione; ubi hilari vultu excipiuntur illi, quos male perditos cuperes; sed in om-

nium conditionum genere accollæ accollas, consanguinei etiam consanguineos; hi competitorum suos, illi homines, quibuscum non alia odii suppetit causa, quam antipathia, inter necio odio profaquantur. Numquid simile nobis inest? Omnino ex animo revellendum est, ut vere gratiam resarciamus. Hic afferendæ rationes sunt, hanc necessitatem probantes; formale, præcipueque Salvatoris præceptum exponendum est, quo non odisse tantum, verum etiam inimicos nostros amare jubemur: *Diligite inimicos vestros: Matth. 5.* more hujus mandati perfectio ostendenda; superat enim quancumque Philosophorum moderationem, qualibet Politicæ regulas, quævis urbanitatis officia. Charitas ipsam mali scrutatur originem, atque illud radicibus convellere studet. Cum proximo reconciliari debemus, quæmodum Deus nobiscum reconciliatur; obviscitur injuriarum, nullam fore veritatem, & nos eadem excipit hilaritate, quasi nulla unquam a nobis fuerit læsitas injuria. Hinc ostendendum est, quomodo aliquando ad ultionem sensim procederemus, ubi sese offerret occasio: hoc præceptum iustum esse, atque futurum ut aliqui nos iugiter odio, & invidia erga proximum agitentur &c.

Secundo. Neque minus certum est, gratiam penitus esse resarciendam, licet hoc nihilominus indubium vocetur. Omnes diluendæ sunt causæ, quæ

prætexi possunt ab hominibus, ut se ab hoc præcepto excusare aditantur: videlicet nos injuriam minime intulisse, hanc immo nobis illatam fuisse; nostrum non esse gressus primos ad amicitiam reconciliandam movere; illum hac nostra infirmitate abusum; ceterum vero, si ille accesserit prius, a nobis summa cum benevolentia exceptum iri; aliavæ id genus, quæ omnibus compertæ, exploratæque sunt, & quæ passim usurpari consueverunt.

II. Deo iracundiam, atque ultionis cupiditatem remittentes maximum gratissimumque offerimus sacrificium, quod quendam habet cum antiquæ legis sacrificiis similitudinem.

Primum erat holocaustum, ubi victima tota penitus erat absumenda; quod accidit, ubi Deo ultionem sacrificamus. Cum enim bona existimatio, facultates nobis ereptæ fuerint, vitæque nostra in summum fuerit discrimen adducta, si nihilominus præsto sumus, ut ex animo condonemus omnia, neque inde ultionem ullam expectamus, nihil jam superest nobis, quod offeramus Deo. Sacrificium istud integrum est, nihil de victima reliquum est.

Alterum erat sacrificium propitiatorium, quod vulgo *Sacrificium pro peccato* appellatur; quo nomine iure vocari potest ultionis nostræ sacrificium: neque enim, nisi inimicis acceptarum injuriarum veniam concesserimus, nunquam a Deo scelerum nostrorum veniam consequemur; e contra vero si ex animo pepercimus, nulla tunc crimina, vel numero, vel magnitudine adeo gravia, quorum venia optanda non sit. Hic autem uberimus Oratori ad dicendum campus aperitur.

Tertium erat *sacrificium in honorem*; non quod reliqua etiam sacrificia ad Dei honorem minime pertinerent, sed quod hoc nomine distinguuntur a propitiatorio sacrificia quæcumque ab Holocausto diversa, in quibus victimæ pars vel ministris Tabernaculi, vel illis, quorum nomine offerrebantur, cedebat. Quamvis autem verum sit, eos qui ex corde injurias remiserint, & illos, a quibus læsæ sunt fuerint, dilexerint, offerre Domino sacrificium intergenitum illius præsertim rei, quæ maxime negotium facessit, & quæ honoris punctum vocatur; hoc tamen non prohibet, quominus fidelis, qui generose hujus oblationis quodammodo sumptus erogat, partem consequatur sibi reservatam a Deo honoris ipsius, qui pleno affectu immolatur, vel potius, non prohibet quo minus ex hac præclara actione alium toto celo suaviorem, nobilitatemque honorem excipiat, ex primi cineribus quodammodo existentem. Itaque hæc venia, hic amor & Deo, & homini maximo honori cedit; Deo quidem propter rationes, quas in parte prioribus vidimus: non enim melius suprema illius dignitas, ac summa auctoritas recognoscitur, quam in re tam difficili eidem obtemperando: homini vero, quia nihil majus, nihilque magis heroicum præstare potest, eo quod nobismetipsis majorem honorem, & coram Deo, & coram sapientioribus viris possit acquirere. Itaque jure quicumque fidelis propter celestem pacem, insignemque voluptatem ex hoc sacrificio emanantem id dicere possumus quod Spiritus Sanctus in Scripturis ait de fidelibus observatoribus legis, qui statim temporibus accedebant in Templam sacrificia sua Sacerdotibus obtuluri: *Et epulaberis in omnibus, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.*

III. In præcepto de injuriarum venia, & amore inimicorum Deus a nobis magna, & difficilia petit; sed obtemperantibus longe majora, nobisque utiliora promittit. Hæc esse potest Concionis partitio, quæ quidquid in hoc argumento spectabilis est, complectetur.

Pars prima. 1. Petit sinceram injuriarum, quibus affecti sumus, veniam, neque operosum est ostendere quatuorvies huic rei nostra repugnet natura, & eam explicare difficultatem, quæ superanda nobis est, ut in hac re nosmetipsos vincamus. 2. Sinceram erga inimicos nostros amorem; contra quod præceptum omnes affectus nostri rebellicant. 3. Ut illis bona velimus, & pro vitiis proceremus, qui nobis mala, & volunt, & faciunt. Hoc magnum quidem est; magis victoriæ, magis actionis.

Pars altera. Quid nobis vicium promittat Deus: 1. Omnium scelerum nostrorum veniam: 2. suam cum divina adoptione amicitiam: tertio æterna præmia, æternaque coronas.

Quantumvis difficilis sit lex a Filio Dei irrogata de remittendis injuriis, diligendique inimicis; rationes tamen, quibus ad eam diligentissime observandam impellimur, potentes sunt; atque præferendæ quibuscumque considerationibus, quas natura, consuetudo, ac leges mundi Evangelicis contrarie opponere possunt.

Prima vero, & validissima ratio est suprema legem hanc irrogantis auctoritas; jus, quod penes ipsum adest eandem ferendi; quid nos illi debeamus; facultas, quam habet imperandi; minas, quibus utitur, nisi parverimus &c.

Altera est pars illa, quam in nostris inimicitias sibi vendicat; videlicet quod bonum, malumve, quod proximo offerimus, sibi allatum putat; quod odia, ultiones, contumeliæ, quibus inimicos nostros prosequimur, in ipsum quoque redundant; & quod illum nostris odiis infestatur, & tamquam inimicum excipimus. Principium hoc diligentius enucleandum atque evolendum est, quod illius innititur verbo, qui eadem est Veritas.

Tertia, injuria, qua nosmetipsos afficimus exiguum proximo nostro debitum remittere detrahentes; cum nobis persulfum esse debeat, Deum aliquo in nos misericordia minime usum, neque remissurum immensa debita, quæ cum ipso contraximus, peccata videlicet, quæ commisimus.

In eo præcepto, quo a Filio Dei injurias condonare tenemur, adorabilem hunc Legislatorem considerare debemus, tamquam Dominum, Patrem, & Exemplar; hæc enim ipse qualitates assumit nobis hoc præceptum imponens.

Primum, tamquam Dominus nostram possit obedientiam in re æquissima, ubi de publica, ac nostra peculiariter agitur utilitate, & quæ ad rectum etiam Rerumpublicarum ordinem est necessaria.

Secundo, tamquam Pater vult nos sibi similes esse ea una in re, in qua aliquam cum ipso similitudinem habere possumus; scilicet in misericordia: *Ut sitis filii Patris vestri, Matth. 5.* atque ut alio in Evangelii loco scriptum est: *Ut sitis similes.*

Tertio, tamquam Exemplar, ingentia enim nobis exempla præbet parcendi, & imperat, ut ea sequamur, & imitemur.

Ut præceptum hoc eo modo ferretur, quem præcipit JESUS CHRISTUS, duo nobis superanda sunt, quæ Concionis partitionem possunt efficere.

Primo superandi sunt affectus validiores, & qui difficilius vincuntur; ira, quæ nonnumquam etiam æquior videtur; odium; ultionis cupiditas, quæ nobis naturalis est.

Secundo prætextus magis speciosi, & qui videntur æquissimi. Quinam autem illi sint, satis constat.

Triplex hominum genus huic obtemperare legi detrahant, quam Dei Filius irrogavit, & quam voluit diligentissime observari.

Dicunt quidam: non possumus; his ostendendum est, præceptum hoc nequaquam esse impossibile quemadmodum Ethnici quidam, & nonnulli Hæretici crediderunt; & licet difficile sit, Deum tamen ad illud servandum vires suppeditare.

Dicunt alii: non debemus; atque opponunt rationem, consuetudinem, mundi opinionem, honorem nominis, suæ conditionis officia. His vero demonstrandum est, quam arcta sit hæc in Christiana Religione obligatio; quam æqua lex hæc.

Dicunt alii tandem, non volumus. Hi perfrictæ frontis sunt homines audacissimi, omni vitorum generi mancipati, cuius oblatio superanda est, illis exempla, promissiones, & minas Filii Dei ob oculos statuenda.

Dei elucet Misericordia, atque Justitia in hoc præcepto, quo imperat, ut inimici diligantur, & remittantur injurie.

1. Misericordia quidem in eo, quod cum sola nos cogere possit auctoritate ad sanctissimam legem hanc adimplendam, nos ad hoc invitat, pollicitus nos similiter criminum nostrorum veniam consecuturos, ejus gratiam iterum adepturos, tamquam filios suos exceptum iri, atque Cælesti hereditati esse reservandos. Ideoque lex hæc habeatur tamquam reliquarum Christianæ Religionis una omnium severissima, e contra, ubi ad examen vocetur, laudibus celebranda illius misericordia,

cordia, quae efficit, ut tanto impendio tot bona mereri, & adipisci possimus.

2. Neque Divina minus elucet Justitia in hac lege, quandoquidem in hac etiam vita adeo terribilem in illos ultionem exercet, qui eidem obtinere detradat. Ultores enim ipsam afficit supplicis, quibus in rebelles filios utitur Ecclesia, illos de sinu suo eiciens, & anathemate illos percuciens; eos enim ab altaris sacrificio remoret, orationum Ecclesiae facit expertes, in filiorum suorum albo non recenset amplius, omnemque consequenda veniam spei illis admittit, nisi ipsi inimici suis veniam inceperint elargiri.

IX. Nolinet continere postumus in ea tantum praecipi parte, quae inimicos diligere, & sique parcere iubemur, atque offendere.

1. Quia magna, & inevitabilis nobis incumbit necessitas inimicos amandi, ac illis parcendi; & cuiam rei illa innatur.

2. Modum, quo Deus vult parci, & amari, desumptum ex suavitatis eius exemplo, qua nos recipit, nobisque misericordiam suam implorantibus, large, effusaque suae erga nos benevolentiae tribuit argumenta.

X. Haec duae propositiones Concionis argumentum esse possunt.

1. Deus severus est vindex in eos, qui ulciscuntur.

2. Deus misericors est in eos, qui parcent; atque ita nobis talem sese praebet, quales nos fratribus nostris, a quibus contumelia fuimus affecti.

XI. Haec item duae propositiones a praecedentibus minime a horrentes.

1. Ut inimicos parcamus, normam capiendam esse ab ea venia, quam nobis concessit Deus propter ea scelera, quae contra divinam ipsius Majestatem commisimus. Nobis ille plurima, & gravissima condona peccata; plures nobis peperit; cuius figura sunt decem illa mille talenta, quae servo nequam Patrifamilias remisit; denique nobis, licet ipsius misericordia indignissimis pepercit. Haec norma est, hoc exemplum, quod sequi debemus.

2. Propter peccata, quae in posterum fortasse patribus s. Deum exemplum desumpturum ex venia, quae iis, a quibus laesit fuimus, a nobis vel concessa fuerit, vel denegata.

XII. In hac Scripturae verba: *Mibi vindicta, & ego retribuam*; quae per se quid retribuere Deus, & quid se retributum pollicetur; ac deinde afferre, & explicare Dei responsum.

1. Illis, qui ulciscuntur, vel ultionem sumenda consilium inire, pro mittit ultionem pro ultione re la utrum, sed ultionem longe terribiliorem. Explicandum autem est quemam fit haec ultio futura.

2. Illis, qui nos laeserint, ultionem se desumpturum pollicetur, dummodo integrum hoc illi relinquamus, neque per nosmetipsos jus nostrum persequi admittamur.

3. Erga illos, qui pepercunt, omnesque ultionis sensus exinixerint, misericordia usurum, eisque aeternam mercedem elargiuntur.

XIII. Duae peculiares leges, quae in hoc eodem praecipto continentur; lex scilicet injuriarum remittendarum, & lex inimicorum diligendorum locum tribuant duplici veritati enucleandae.

1. Quod injurias condonare, & illis, a quibus laesi fuimus, parcere, est Deo maximum obedientiae nostrae argumentum, maximumque observantiae testimonium praebere.

2. Sincere inimicos diligere, licet propter illatas contumelias ratio naturalis expeteret, ut illis odio persequeremur, est ad altissimum, quo Christianus admitti possit, perfectionis apicem pervenire.

XIV. Ad offendendam magnitudinem sceleris, quod in ultione committitur, solide probri potest duplex haec propositio, quae locum aperiet dicendi, quidquid in hoc argumento in animos hominum majorem impetum facere possint.

1. Illi, qui ulciscuntur, majus delictum committere, quam qui prior fratrem injuria affecti. Hic satis erit eas adferre rationes, quas P. Delingendes attingit Sermone 4. de amore Inimicorum.

2. Peccatum illius difficiliorem invenire veniam, & graviore supplicio puniri.

XV. Conditiones veniae, quae inimicis est conce-

da. Haec autem ad tria potissimum capita referuntur.

1. Haec venia sincera esse debet, qualis esse debet charitas, quam proximo nostro debemus.

Ubi referri possunt plerumque Christianorum illusiones, qui se parcere putant, & namquam parcent.

Joly eas collegit in propositione pro 22. post Pentecosten Dominica.

2. Haec venia universalis esse debet respectu omnium hominum, occasionum, & injuriarum.

3. Prompta esse debet, neque diu differri; si enim aliquando, cur non statim parcendum est? P. Delingendes 1. Sermon. de amore inimicorum.

Duae leges sunt a duobus rogatae Legistoribus circa inimicos, & veniam iis concedendam.

Prima Mundi lex est: nullam ferendam injuriam esse, sed ultionem de iis, a quibus laesi fuimus, exposcendam. Offendendum hic est, quanteopere Deo injuriosa, humanae societati perniciosa, singulis vero hominibus iniusta sit haec lex.

Altera est JESU CHRISTI: injurias remittendas esse, & diligendos inimicos. Hic legis hujus necessitas, atque justitia est ostendenda; citra quam uberes, & regna subsistere non possent, atque universa Christiana Religio corrueret. *Idem Sermon.*

Dei Filius Dominus est, Exemplar, & Index.

Primum tanquam Dominus, omni ius est auctoritate sua rem adeo difficilem, qualis est injuriarum venia, praecipientur.

Secundo tanquam Exemplar pulcherrima, ac praestantissima huius rei specimina praebet.

Tertio tanquam Index maxima nobis pollicetur praemia legem hanc observantibus, eidem vero obtemperare detradentibus gravissima supplicia minatur. *Joly in 20. post Pentecosten Dominica.*

1. Nihil quodam in sentu difficilius, quam inimicos diligere.

2. Nihil tamen jucundius, nihil, quod majus afferat solatium, & cui magis ex animo nosmet subicere debeamus.

Deus, ut nos ad amorem inimicorum impellat, triplici utitur voce, quae ab omnibus hominibus exaudiatur.

1. Vox est Auctoritatis, qua praecipit ut parcamus.

Altera vox est Amoris, ad hanc veniam suadendam afferens argumentum amoris, quo nos profectus est, & qui meretur, ut quod ipse postulat, elargiamur.

3. Vox est Promissionis, & Minarum, si pepercimus veniam scelorum nostrorum promittens; nisi parcere voluerimus, gravissima quilibet intendant supplicia. *Bivros in Quadragesima.*

Evangelii leges Mundi legibus circa ultionem opponi possunt.

1. Mundi ultionis cupiditatem facile concipit pro minima quapiam injuria, & quasi pro nihilo. Hanc violenter exequitur, nihil cavens, & omnibus sese periculis obiciens. Eam perniciter fovet, ac retinet.

2. Dei Filius in Evangelio tria prorsus opposita praecipta constituit. Imperat, ut sentiamus quidem injurias, sed statim sentum ipsum jugulemus. Prohibet omnino ob acceptas contumelias ulcisci. Injuriarum ne memoriam quidem servari jubet. *Idem in Adventu.*

A venia concedenda nosmet excusamus, vel quod injusta est, vel quod nimis difficilis, vel quod veniae obligationem ad quendam coartatam officia, quibus agere acquisivimus. Offendi autem potest.

1. Justitia hujus legis, quae tam justa est, quam ultio iniusta; id vero ratione habita Dei, Proximi, Magistratus, & illius etiam, qui ulciscitur.

2. Facilitas ejusdem, ubi omnia singillatim penduntur, quae ad legis hujus pertinent observantiam. Hic offendenda sunt pericula, & cure illius, qui ulcisci cupit, alique rationes, quae lenire possunt rigorem praecipti, quod quidem per se omnibus faver, sed quod primo statim intuitu nihil non durum, & grave praesertim animo ad ultionem concitato.

3. Legis ejusdem extensio, quae nullam excipit injuriam, quae dimittenda non sit &c. P. Cheminae. *Toma Tertio sermone.*

Verae Reconciliationis Conditiones.

1. Gratia citius quam fieri potest referenda est; hinc urgens est obligatio.

XVI

XVII

XVIII

XIX

XX

XXI

XXII

2. Gratia bona fide est referenda; eaque obligatio est inevitabilis. *Ex Diction. Morali.*

Bona, quae parcendo nobismetipsis comparamus.

1. Legem a Deo nobis impositam adimplemus.

2. Nostram cum Deo statim reconciliacionem, per gratiam sanctificantem.

3. Nos dignos exhibemus gloria, quam ille spondit. *Idem.*

Adionis hujus magnitudo, ac praestantia duplici hac propositione potest ostendi.

1. Nihil vero Fideli dignius esse, quam inimicos diligere, quia si Christianus est, & Dei filius, illum imitari tenetur; si amicitia Dei dignus est, eam tueri debet veniam hanc concedendo; si coelestibus gratis cumulatus est, in grati animi indicium Dei gloriam procurare tenetur, quod melius, utiliusque facere non potest, quam heroicam hanc veniam elargiendo.

2. Nihil rationabili homine dignius est, quam parcere inimicis. *Sermo MS. P. Stephani Camillardi.*

XXV. Offendi potest necessitas obtemperandi praecipto diligendi inimicos, quae quidem desumi potest.

1. Secundum arctam illam obligationem, quam Dei Filius imposuit: *Nisi remisistis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.*

2. Secundum Religionis nostrae principium, ubi omnia nos ad inevitabile hoc officium compellant.

3. Secundum propriam utilitatem cum lege permixtam. *Desumptum ex sermone, qui P. Massillon attribuitur.*

XXVI. 1. Offendi potest legis hujus aequitas contra inanes praetextus, quibus ultio probari videtur.

2. Deinde illius ostendi potest necessitas, atque extensio contra eos, qui illam impugnant, vel male interpretantur. Hoc est, in priori parte lex ipsa probanda est; in posteriori vero regulae illius praescribenda.

XXVII. JESU CHRISTI exemplum duo nos docet.

1. Parcere, uti nobis parcat.

2. Parcere, quia nobis parcat. In priori parte Dei exemplum nobis esse debet pro prototypo; in posteriori, Dei exemplum esse debet pro causa, P. Girouss in Quadragesima.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri queat copia ad has Concionum partitiones pertractandas, & exornandas.

Ex SS. Patribus. Origenes Homilia 9. in librum Numerorum. Idem Homilia 2. in Psal. 37. Idem Homilia 1. in Psal. 38. Idem Homilia 16. in Matthaeum cap. 20. S. Basilii oratione 9. de Ira. Idem Oratione de Inimicitis. Idem Homilia 10. & 29. in varia argumenta. Idem Homil. 24. ad adolescententes, ubi eos docet, quomodo ex Ethnicor. libror. lectione proficere possint.

S. Jo. Chryostomus Homil. 9. & 52. in Genesim. Idem ea oratione, ubi ostendit, neminem nisi a semetipso injuriam pati posse.

Idem Homil. de Similitate, ubi ostendit, cum nullo dispensari posse, ne parcat, quomodo potest, ne jejuret, ne oret, & sic de aliis pietatis officiis, ubi legitime urgens causa.

Idem Homil. 30., & 78. ad Populum Antiochen. Idem Homil. 16., & 22. de diversis.

Idem in tribus Homiliis de David, & Saule, ubi discretissimis verbis amplificat victoriam, quam David parcendo Sauli, quem occidere poterat, ampliore reportavit.

Idem Homil. 2. 80. & 88. in Matthaeum. Idem Homil. 38. in Joannem.

Idem Homilia 2. de Cruce, & Latrone.

Idem Homil. 1. in Epistol. ad Philemonem.

S. Cyprianus libro de bono Patientiae de injuriarum venia late differt.

S. Ambrosius lib. 5. in Lucam haec illius explicans verba cap. 6. *Diligite inimicos vestros.*

Idem lib. de Officiis prioribus sex capitibus.

S. Gregor. lib. 10. Moralium c. 11., & lib. 22. c. 6.

Idem Homil. 27. in Evangelia.

S. Hieronymus Epistola ad Demetriadem. Idem in Commentario in cap. 5. S. Matthaei. Idem lib. 2. in cap. 3. Lamentationum Jeremiae. Idem in Psal. 119.

S. August. Epist. 5. quae est ad Marcellinum. Idem libro Contra Adamantium.

Idem Sermon. 59. de Tempore ostendit praeciptum hoc non esse impossibile, & Sermon. 59. fusius de venia injuriarum verba facit.

Idem Sermon. 2. de Sanctis, & Sermon. 5. de S. Stephano.

Idem Sermon. 68. de Tempore de amore, quo inimici excipiendi sunt, loquitur.

Idem in Psal. 7. haec explicat verba: *Domine Deus meus si feci istud... si reddidi retribuendum mihi mala.*

Idem in Psal. 54., & 62.

Idem Tractatu primo in primam Canonicam S. Joannis Epistolam.

Idem Sermon. 6. de Verbis Domini.

S. Petrus Chryologus Sermon. 132. hortatur ad parcendum, ut Deus nobis parcat.

Callianus Collati. 16. cap. 19. & collat. 9. cap. 21.

Bellarminus lib. de septem JESU CHRISTI verbis de Cruce, in verbi primi explicatione. Recupit in 6. Praedestinationis signo.

P. Ludovicus de Ponte, Tomo primo de Perfectione Tractatu 1. c. 6.

P. Caussin, Tractatu 2. Aulz Sanctae Axiomate 12. de Vindicta.

P. Saint Jure lib. 3. de Domini nostri cognitione, & Amore cap. 12. sect. 2. 3. & 4.

Cornelius a Lapide in cap. 12. Epist. ad Romanos.

Didacus Stella in cap. 6. Evangelii S. Lucae; ubi ostendit actum esse magis meritorium coram Deo inimicos, quam amicos diligere.

Bartholomaeus Carranza, Tractatu de Oratione Dominicali.

Molinet, Sermone pro 6. feria Cinerum.

Oforius Sermonem primo de septem verbis Domini de Cruce.

Idem Sermonem pro 6. feria Cinerum.

P. Delingendes 8. habet Sermones ad hoc argumentum spectantes Tomo 1. Quadragesimae.

Joly duas habet conciones, alteram pro 21. alteram pro 22. post Pentecost. Domini.

Auctor Sermonum in omnia Christianae Moralis arementa Concionem habet pro Adventu, & alteram pro Quadragesima hujus argumenti.

P. Faber tertia operum suorum parte Sermon. 2. pro Domin. 21. post Pentecost.

Engelgrave in Lucae Evangelica Tom. 2. Empl. 49.

P. Texier, Sermonem pro 21. post Pentecosten Dominica.

Idem in Quadragesima pro feria sexta Cinerum.

Maimbourg, Concione pro eadem die.

Fronterieres in Quadragesima.

Lambert Homil. 52. pro 22. post Pentecost. Domini.

De la Font in ejusdem Dominicae Evangelium.

P. Duneau in idem Evangelium.

Idem pro feria sexta Cinerum.

P. Girouss in Quadragesima pro feria 6. Cinerum.

Sermo, qui Patri Massillon attribuitur, in hujus Quadragesima pro die eadem.

Pater de la Colombiere, & P. Aureliensis uterque Sermonem habent hujus argumenti.

P. Cheminais 3. Tomo Sermonum.

P. Reina Sermonem pro feria 6. Cinerum praecipuas adfert causas, quibus ad veniam injuriarum elargiendam impellimur.

Omnes fere qui moales eadere Sermones, aliquem habent hujus argumenti.

Alii quoque Auctores de hac re locuti sunt, ut Petrarca in Dialogo de Ultione, Seneca passim in Epistolis, & in libris de Ira.

Ludovicus Granatenfis in locis Communibus. Qui collectanea edidit.

Buzeus in Panario (verbo) *vindicta*.

Dandinus l. 6. c. 3. Sanctorum Patrum rationes, dete.

& auctoritates in hoc argumento adfert.

Peraldus, *Summa Praedicatorum*.

Labatha, Lohner &c.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Scripturarum applicationes huius argumento.

Mea est ultio, & ego retribuam. Deuteron. c. 32.

Non

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Non oderis fratrem tuum in corde tuo ne habas super illo peccatum. Levit. 19.

Non queras ultionem, nec memor eris injuriae civium tuorum. Ibidem.

Si reddidi retribuētibus tibi mala, decidam merito ab inimicis meis tanquam. Psalm. 7.

Non extendam manus meas ad eum; quia Christus Dominus est. 1. Reg. c. 24.

Qui in ruina letatur alterius, non erit impunitus. Proverb. 7.

Qui distulitulat injuriam, callidus est; (id est, prudens.) Proverb. 12.

Cum cecideris inimicus tuus, ne gauderas, & in ruina ejus ne exultes cor tuum. Ibidem, c. 24.

Omnia injurie proximi ne memineris, & nihil agas in operibus injuria. Eccli. 10.

Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata solvantur. Ibidem, c. 28.

Homo homini referat iram, & a Domino querit medelam! Eccli. 28.

Memento novissimorum, & desine inimicari. Ibid.

Qui vindictam vult, a Domino inveniet vindictam: & peccata illius servans servabit. Ibid.

Altissimi impiis & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictae. Eccli. 12.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris; quia frater tuus habet aliquid adversum te; Relinque ibi manus tuas ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc venies offerens munus tuum. Matth. 5.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos; & orate pro persecutoribus, & calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui est in caelis. Ibid.

Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Ibid.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Idem, c. 6.

Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester caelestis delicta vestra. Ibid.

Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ibid.

Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Luc. 6.

Si diligitis eos qui vos diligunt, quae vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quae vobis est gratia? qui quidem & peccatores hoc faciunt. Ibid.

Diligite inimicos vestros & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Ibid.

Dimitte, & dimittemini. Ibid.

Pater dimitte illis, non enim scimus quid faciunt. Idem, c. 3.

Benefacite persecutoribus vris. Ad Rom. 12.

Si fuerit inimicus tuus, cita illum hoc enim faciens carbonem ignis congeres super caput ipsius. Ibid.

Mibi vindicta; ego retribuam, dicit Dominus. Idem, ibid.

Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Idem, ibid.

Nihil malum pro malo reddentes. Idem, ibid.

Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat. 1. ad Thessalon. 5.

Esote iracundia benigni, & misericordes, donantes iracundiam, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Ad Ephel. 4.

Supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Ad Coloss. 3.

Commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. Ad Roman. 5.

Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Jacobi 2.

Postis autem genibus, clamavit voce magna (Stephanus), dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum; & cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. Act. 7.

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc. 1. Joann. 2.

Qui non diligit, manet in morte; omnis qui fratrem suum odit, homicida est. Idem, c. 3.

Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam illi; reddam unicuique secundum opus suum. Prov. 24.

Ne dicas, reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te. Prov. 20.

Bibliorum Exempla ad hoc argumentum spectantia.

Cum duo Madianitarum Reges Judaeos quosdam mortem deprecantes ultimo supplicio affecissent, in Gedeonis manus tandem cecidere; qui cum ad fe illos iussisset adduci, eosque interrogasset, quinam illi fuissent, quos in Thabor occiderant; responderunt, illos similes Gedeoni fuisse unum ex illis quasi filium Regis sibi visum fuisse. Bene dicitis, tunc Gedeon Judic. c. 8. respondit: Fratres mei erant; ac per Deum juro, si vos illis vitam minime abstulissetis, me vos hodie morti nequaquam adjudicatum fuisse: sed quoniam in illos crudelitatem vestram exprompistis, vos ipsi moriemini; atque confurgens & in eos irruens gladio confodit.

David post Saulis mortem omnibus illis favit, & gratificatus est, qui regem hunc aliquo cognationis vinculo attingebant, quantumvis ab illo summis fuisset affectus injuriis. Numquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum illo misericordiam Dei? inquit ille, 2. Reg. Et bene misericordiam Dei dixit, si enim hominis fuisset, non Dei, cito exhausta & exinanita fuisset.

Idem rex omnes ultionis sensus represit contra Semei, a quo calumnias, & lapidibus impetebatur, cum in summa afflictione iqualeret summus ille Princeps, cui hac injuria nequaquam videbatur ferenda. Immo cum illi, quorum corona stipatus erat, in obiectantem insurgerent, insignemque de illo vindictam depolcerent, eos inhibuit dicens: 2. Reg. 16. Quid mihi, & vobis, filii Sarviae? Cur efficitur mihi hodie in Satan? Sinite illum, ut lubet, sere; ex quibus verbis satis liquet, quo usque Davidis religio procederet. Male dicitur, quibus a scelerato hoc homine obruebatur, Dei putabat mandatum, cui obistere nefas esse arbitrabatur; & Dei voluntati potius, quam Semei improbitati acceptum referrebat, quidquid ab hoc pariebatur.

Dolor, quo Rex idem affectus fuit ex Absalonis morte, satis ostendit, quomodo cor ejus ad lenitatem facile flecteretur; quandoquidem defecio filii, qui omnem naturae sensum exuerat, minime potuit paternum amore, vel insulare, vel extinguere. Testatus quippe est palam, sibi charum adhuc fuisse hunc periculum, ingratumque filium, qui patri cum vita imperium conabatur eripere; tunc enim cum Absalon ardentius illum perlequebatur, cogebatur, ut fuga sibi consulere, David omnem in illum patris affectum forebat, eaque mandata dabat, ut si vidus in manus exercitus sui incidisset, servaretur incolumis: Servate mihi perurum Absalon. 2. Reg. 18. In quem vero doloris sensum erupit, ubi auribus suis mortis ejusdem nunciu accepit?

Maximam tamen Davidicæ lenitatis exemplum illud est, quod omnes inhibuerit ultionis sensus adversus Saulem crudelitatis, apertissimumque inimicum. Plurimis laeessit injuriis tandem aliquando illum David nactus est in specu quodam, ubi eundem impune confodere poterat, atque per eundem interitum certum sibi facere imperium, & pacatam ducere vitam, ab omni penitus metu vacuam. Attamen satis illi fuit oram pallii ejusdem secuisse, ut ostenderet sibi fuisse integrum, si voluisset, ipsi necem inferre: quod moderationis exemplum adeo apud inexorabilem Saulem valuit, ut cum Davide gratiam vellet relatare. Hoc tamen diuturnum minime fuit, postmodum enim odium, quod primum ex invidia profectum fuerat, rursus exarxit: cum interim amor, quem semper integerrimum David erga Unctum Domini aluerat, eo usque procedit, ut inimici hominis mortem lacrymis prosequeretur, & praemis illos afficeret, qui exanime Regis cadaver exequis, ac funebri pompa decoraverant, 1. Reg. 31. S. Joannes Chryostomus eloquentiam deponit suam generosum Davidis animum celebraturus; quam etiam P. Delingendes integro Sermone commendat; & Reina quoque in concione de diligendis inimicis summis encomiis extollit.

Santus vir Job ante ipsum Davidem heroicæ hujus virtutis infigne documentum præbuerat, inimicos videlicet esse diligendos, ac malum pro malo retribuendum non esse; Deum quippe testem vocat, se nihil unquam mali sibi dem optasse, & si quid illis adyerfi contigisset, se nunquam in-

Venia Patriarchae Josepho concessa.

infortuitis fuisse letatum: Si letatus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, & gavisus sum, quod invenisset eos malum; non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expectem maledicens animam ejus. Job 31.

Nihil unquam in Veteri Testamento repereris, quod legentis animum afficiat magis quam venia a Patriarcha Josepho suis fratribus concessa, & humanitas, qua ab eodem illi excepti fuere, postquam in illum adeo inhumane verserant. Legi profecto illum fisis oculis nequit historia. Non enim solum illis eam remisit injuriam, qua tamquam vile mancipium venundatus fuerat; verum etiam eos plurimis muneribus cumulavit. Illud autem magis notandum occurrit, quod cum fratres ejus veriti, ne ipse post parentis sui Jacob decessum, de acceptis injuriis ultionem esset expecturus, ad eum accesserunt, testatur, inter cætera, quæ pater moriturus pronunniaverat, imperasse, ut nomine suo illum orarent, ne meminisset vellet, quod olim Ismaelitis venditus per summum scelus fuisset; hilari vultu Joseph respondit: Nolite timere; vos cogitatis de me malum, sed Deus verit illum in bonum: ego pascam eos, & parvulos vestros. Confolatque est eos, & blande, ac leniter locutus est.

In Genesi legitur etiam, cum Patriarcha Jacob clanculum de Labani focerit sui domo auferisset, hunc collecta severum manu, eaque omni armorum genere instructa fugientem fuisse infecturum, atque tandem in monte Galaad assecutum, ita illum allocutum fuisse: Vides, inquit, te esse in potestate mea ac mihi integrum tandem esse insignem depolcere ultionem ob eam, qua me affectisti, contumeliam: sed Deus patris vestri heri dixit mihi: Cave ne loquaris contra Jacob quidquam durius; Geo. 32. Statimque rursus isto amicitiae fœdere, confirmatque prioris affinitatis vinculis recessit.

Habemus etiam irrecconciliabilis odii exemplum in Esau adversus Jacob fratrem ipsius. Oderat semper Esau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater. Odium hoc erat inveteratum, & alte jam radices jecerat in animo illius. Oderat: dicebatque intra fe: Diem extremum obibat tandem pater, atque tunc nihil ultra veritus insignem de fratre meo ultionem depolceret: Dixit in corde suo: Veniens luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. Gen. 27.

Odium, quo Saul contra Davidem flagrabat, adeo erat ingens, & inexorable, ut late sese ad eos omnes extenderet, qui Davidi gratificarentur. Cum enim Achimelech ei extrema victus inopia laboranti sanctificatos aliquot panes dedidisset, Saul non solum eum cum octoginta quatuor Sacerdotibus, qui erant in Nobæ, interfecit; verum etiam infano furore correptus quoscumque Sacerdotalis illius civitatis incolas interfectione delevit, quin vel lactentibus pueris, vel ipsis pecoribus parcere. 1. Reg. 23. Tantum erat odium, & vindictæ libido, quibus Regis animus torquebatur.

In Lege nova Dei Filius primum, pulcherrimumque præbuit venie injuriarum, inimicorumque dilectionis exemplum, ita ut dici possit, quemadmodum ipse præceptum dilectionis ejusdem proposuit, ac illud novum appellavit; ita novum etiam toto vitæ suæ tempore exemplum præbuisse; in morte vero potissimum; cum enim cruci esset affixus, vulneribus confosus, & lævissimis doloribus excruciatu, primo, quod protulit, verbo pro suis crucifixoribus veniam deprecatus est. Luc. 23. Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.

Primus, qui Salvatorem in facto adeo laude digno imitatus fuerit, S. Stephanus enumeratur, qui pro illis, a quibus lapidibus petebatur, orabat, & genibus flexis deprecabatur, ut illis veniam facilius consequeretur: Postis genibus oravit, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Act. 7. Ubi S. Augustinus opportune animadvertit, illum pro se orantem stultie, pro inimicis vero deprecantem genua flexisse, ut summam obtinenda pro illis venie cupiditatem testaretur.

Satis offendit S. Paulus sibi curæ fuisse, ut primi Fideles hoc Salvatoris præceptum, dimittendi videlicet acceptas injurias, diligentissime tuerentur; quandoquidem apud Philemonem intercedit pro Onesimo, qui ejus servus fuerat suffuratus. His autem verbis scribit ad Philem. Si habes me socium, suscipe illum sicut me; si autem aliquid no-

Horay Bibl. Tom. 1.

cuit tibi, aut debet, mihi imputa. Ego Paulus scripsi manu mea: ego reddam: ut non dicam tibi, quod te ipsam mihi debes.

Parabolam, quam Salvator in Scriptura proposuit, eorum suppliciorum, quibus Paterfamilias sævit in servum, qui alicui e conversis suis exitum remittere debitum detraxerat, cum sibi a Domino longe majus dimissum fuisset; hæc, inquam, Parabola instat omnium esse exemplorum, ut ostendatur Deus nequaquam usurus misericordia in eos, qui proximi sui misereri noluerint, atque severissime in eos animadvertur, qui alii parcere detraxerint. Parabola hæc satis est cognita, eamque refert S. Mathæus cap. 18. Ibi vero diligenter adnotanda sunt verba, quibus utitur Paterfamilias adversus inhumanum usum creditorem: Servus nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nunc ergo oportuit, & te misereri conferus tui? Gratiam, quam tibi concesseram, revoco. Sic, concludit Salvator, & Pater meus caelestis faciet vobis &c. Math. 18.

Applicationes quarundam Scripturarum locorum.

Non extendam manum meam in Dominum meum, quia Christus Domini est. Hæc secum Sanctus David aiebat tunc cum Saulem, quem in spelunca nactus erat, occidere poterat, ac propter illius dignitatem, manus continuit: Hic Christus est, hic est Unctus Domini; abste, me in illum manus injicere. Hoc nos quoque cogitare debemus, hoc animo reparare, cum ultionem sumpturi sumus ob injurias, quibus nos affecti inimicus. Christus Domini est: Christianus est, frater meus est, gerit imaginem Dei mei; consecratus quodammodo est Sanguine JESU CHRISTI, cuius nomine insignitus est, & cuius patrocinio suffidens. Abste, me illi manum inferre, ac ne levi quidem malo illum afficere.

Obiecro, ut oblitiscaris sceleris fratrum tuorum. Gen. c. ult. Hæc sunt verba, quæ Jacob moriturus referri iussit Joseph filio suo, & quæ hujus fratres eidem retulere veriti, ne ob illatum injuriam ulcisceretur. Nos autem cogitare debemus JESUM CHRISTUM Patrem nostrum de cruce moriturum nobis hæc eadem verba dicere, ubi ob acceptam injuriam in fratres nostros ultionem meditamur. Obiecro ut oblitiscaris sceleris fratrum tuorum.

Nobis etiam eodem in sensu applicare possimus verba, quæ Labanus dixit Jacob tocerulo suo, quem perlequebatur eam ulturus injuriam, qua fe ab eodem affectum præsterebat: Deus Patris vestri heri dixit mihi: cave ne loquaris contra Jacob quicquam durius.

Inspecte, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Exod. 25. Hoc dici potest homini ultionem anhelanti post exemplum, quod nobis in Calvario tradidit JESUS CHRISTUS. Quid ille a carnificibus, atque illis, qui contra vitam ipsius conurarunt, perpeffus non est? At numquid vos ut ille morti a judicatu venidistis, numquid ut ille cruci suffixi? numquid fundandi flagellis dilaniati? Hoc tamen divinum exemplar imitamine parcite; & facite, quod ille fecit.

Qui odit fratrem suum, homicida est. Cujus autem homicida? querit S. August. hæc S. Joannis Evangelistæ verba interpretatur. Non illius, quem odit; non enim semper ultor eo rapitur odio suo, ut inimico auferat vitam; sed, Pater hic ait, homicida est sui ipsius, anime sue, cui per enorme scelus mortis vulnus infligit. Hoc in sensu illud intelligendum est, quod quidam ex amicis Job, ait: Vere stultum interficis inacidia; & alter hic S. Joannis locus; Qui non diligit fratres, manet in morte. Lanuza in tractatu de dilectione inimicorum.

Commendat charitatem suam Deus in nobis (inquit S. Paulus ad Rom. 5.) quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Sedulo ponderandum est, ait D. Thomas, hoc verbum commendat, quod immensam Dei erga nos charitatem significat, eo quod pro ingratu, ac inimicis suis mori voluerit; tunc enim commendabilis charitas est, cum est gratuita, & sine ulla spe remunerationis. Quomodo autem melius ostendi potest infinita Dei Charitas erga nos, quam probando eamdem omnino fuisse

Parabola servi, cui decem talentum remissum fuisset.

Quid bonis sentiendum, cum ad ultionem tendendum urguntur.

I. C. exemplum loqui debentur.

Quo in casu, qui fratrem odit, sic homicida.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

gratuitam, propter obices illos, qui eandem prohiberi videbantur, & propter inauditos misericordiz, ac largitatis excessus, qui eandem semper sunt subsecuti? Inter nos, aliosque homines verum adhuc est asserere, mirum esse, si pro dilectione dilectio retribuitur; at nihil est, quod magis gratuitum videatur; & quod ob id ipsum magis commendandum sit, quam suos inimicos diligere. Idem Lanuza.

De precepto dilectionis inimicorum Interpretes explicant ea regii Prophetæ verba: Latum mandatum tuum nimis; & ad hoc S. August. alluisse videtur ubi de precepto eodem loquitur: Si coarctatur vasa carnis; dilatentur spatia charitatis. Si carnalis hominis cor nimis angustum est, quam ut amicos simul, & inimicos complecti valeat, opus est, ut gratia charitati afferat latitudinem, ut id etiam diligit, quod sensibus nostris, immo & rationi eodem minime videtur amabile. Sensus, ratio, natura precepto huic adversari videntur; sed christiana charitas; quæ latior est, & meliori lumine illustrata amicum ab inimico non distinguit, æque utroque complectitur: Si coarctantur vasa carnis; dilatentur spatia charitatis.

J. C. sanguis non misericordiam, sed ultionem contra ultores depoluit.

Vox Sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: Gen. 4. Vox sanguinis Abel ad Cælum usque ascendit ultionem appetitura fratricidii in se perpetrati. Aliud vero profus contingit in Sanguine CHRISTI JESU pro nostris sceleribus, ac per nos fra scelerata effusio; hic enim sanguis, qui contra inimicos ultionem deposcit, pro illis misericordiam deprecatur: Clamat in nobis verba pacifica, quemadmodum ait S. Cyprianus. Verum addi potest, illum nequaquam emissurum esse hanc misericordie vocem pro inhumanis ultoribus, qui parere detrectant, & eodem, atque vindictam anhelant: Desumptum ex Hieron.

Domine retribue pro me, aiebat Deo S. Rex David Psal. 137. quibus verbis hunc sensum tribuit S. Augustinus in eundem Psalmum: Ego, Domine, ultionem de inimicis meis, qui me iniuste persecuti sunt, expetere nolui; hæc tibi integram reservavi; tibi que curam reliqui, ut cognosceres justitiam meam, eamque mereris. Melius, quam ego; tu nosti, quam penam illi merentur; & quemadmodum his hoc tibi reservasti, illud mihi meti usurpare minime volui. Domine retribue pro me: ego non retribuas, tu retribues pro me. Sacerdotes inimici quantumlibet, tu retribues, quod ego non possum.

Injurias remittite maxima est misericordia, quæ vult exerceri.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Magna hæc misericordia, quam a Deo petit David, venia est peccatorum suorum. Hæc quidem maxima est misericordia, quia status peccatoris maxima est miseria, ad eam autem obtinendam preces effundimus. Hæc autem Dei misericordia illis tantum promissa est, qui & ipsi maximam omnium misericordiarum exercuerint, hoc est, qui contumelias, quibus affecti fuerunt, remiserint: quemadmodum enim idem S. Augustinus affirmat, hæc actio est maxima, præstantissimæque misericordiz, quam Christianus valeat exercere. Desumptum ex Auctore Neoterico.

Cur Deus oriri faciat solem suum super bonos & malos.

Ut sitis filii Patris vestri, qui in calis est, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super justos, & injustos. Quæret fortasse quispiam posset, cur Dei Filius horum maluerit meminisse beneficiorum, quæ promiscue bonis & malis impertit; quod scilicet solem suum oriri faciat super bonos, & malos, & pluit super justos & injustos. Sed responderi potest: 1. Deum nemini id genus beneficia renuere, ut innuat, neminem a beneficiis nostris removendum; quantumvis nefarium in nos foveat voluntatem. 2. Quia hæc sunt præcipua: ne & nos de inimicis nostris benemereri referamus, ubi urgeat occasio. 3. Quia per hæc alia quæcumque victui nostro necessaria bona præbet, ut intelligamus, nihil eorum, quæ in nostra sita sunt potestate, esse cuiquam negandum. 4. Quia hæc sunt beneficia communia, ut dicamus, si minime tenemur peculiare gratias erogare; tamen facere non posse, quin erga inimicos ea præ nobis feramus officia, quæ debemus omnibus. 5. Quia Deus hujusmodi bona tribuit affluenter, ut doceat, quid nobis cum proximo agendum. Desumptum ex P. Delingendes Sermone 3. de injuriis remittendis.

Nobilis

Ego consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius tui &c. Matth. 5. Hæc verba ex nonnullorum Inter-

pretum sententia in memoriam revocare debent; jus dicere nos nequaquam esse inimicorum nostrorum judices; ideoque nostrum non esse, in causa nostra judicare, sed communem adesse judicem, qui utroque judicabit, & ac non certissime damnabit, si illis parere, & quamprimum parere detrectaverimus. Ibidem, Sermons primo ejusdem argumenti.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, ac Sententia Sanctorum Patrum in hoc argumento.

Christus addidit legem, certa nos sponsione constringens, ut sic nobis peccata dimitti postulemus; sicut nos debitoribus nostris dimittimus: S. Cyprian. de orat. Domin.

Quale crimen est nolle dimittere; quod martyrio non potest exorari. Idem, ibidem.

Patienter expectemus ultionis diem; nec ad vindictam doloris nostri, querula festinatione properemus: Idem, de bono patientia.

Omnis injuria, cum patientiam offenderit, eodem exitu dispangitur; quo telum aliquod constantissime duritie liberatum & obtusum: concidit enim ibidem irrita opera, & infructuosa; & nonnuncquam repercutum in eum, qui emittit, recipere ita servit: Tertull. lib. de Patientia.

Quid refert inter provocantem & provocatum, nisi quod ille prior in maleficio dependitur; at ille postremo? Idem, ibidem, c. 10.

Christianus, nullus est hostis. Ibidem, l. ad Scap. c. 1.

Ad rationem obsequii prior est Majestas imperantis. Idem.

Amicos diligere omnium est; inimicos autem, solum Christianorum. Idem, ad Scap. c. 1.

Quid est ad pacem Dei accedere sine pace; ad remissionem debitorum, cum retentione? Quomodo placabit Patrem; iratus in fratrem? Idem, l. de Orat. cap. 3.

Qui cito movetur injuria, facit se dignum videri contumelia, dum vult indignus videri. Ambros. l. 1. Offic. c. 6.

Beneficium se putabat accepisse memorie Theodosius; cum rogaretur ignoscere; & tunc prior erat venia, cum fuisset commotio major iracundie, & optabatur in eo, quod fuisset in alio. Idem, de obitu Theodori.

Si te non læst frater, obsequium meretur ut diligas; si læst; magis obsequium meretur ut vincas; hæc enim nostræ Christianitatis summa est, ut amantibus vicissitudinem, ledentibus patientiam rependamus. Idem, Serm. 10.

Christus cum posset ulcisci, maluit immolari. Idem.

Qui refert injuriam nititur, ipse ipsam a quo læsus est, gestit imitari. Laëtant. lib. 6. institut. cap. 18.

Magnificentissime bonitatis est signum, ut tum quoque inimicum diligas, & ei, qui tibi malum vult, & facit, tu bona semper velis, faciasque, dum possis. Augustin. in Enchirid. c. 73.

Si non dimiserit, non dimittet Deus. Ad tam magnum sonitum qui non exsperscitur, non dormit, sed mortuus est. Idem, ibidem, c. 74.

Nihil mirabilius in rebus humanis, quam diligere inimicos. Idem in Confess.

Quem vis contemnere, pretium ejus attende, & cum morte Christi totum mundum appende. Idem de verbis Domini.

Quisquis pacem differt, occasionem querit nunquam ignoscendi. Idem.

Recole in omnibus justificationibus Domini; nihil mirabilius, & difficultius est, quam ut suos quisque diligit inimicos. Idem, Serm. 7. in Psal. 113.

Sciendum est Christum impossibilita non jubere, sed perfectæ; quæ David fecit in Saul, & in Absalom. Idem, Serm. 58. de Temp.

Per amorem hominis inimici effeceris amicus Dei, imo non solum amicus, sed etiam filius. Idem, Serm. 5. de Sanctis.

Sacrificium Christianorum. Idem, lib. de 50. Homil. 29.

Licet hominem vindicare, & nondum est Christus vindicatus. Ibidem, Homil. 42.

Non est aliud majus sacrificium, quod Deo debeamus. Ibidem, Homil. 6.

Si ergo prior dimisi, dimitte vel postea: invenis Pa-

Patrem; imitare Patrem: si enim imitari non vis, exheredari disponit. Idem.

Non putes te fortem, quia percussit pugno, vitæ convicio: non est ita fortitudo si conviciatus percussit, quoniam ab ira vitæ est; & valde stultum est hominem vitæ, fortem dicere. Idem, in Psal. 92.

Hoc est imaginarium, Deum credere esse propitium illi, qui iram portant in corde. S. Gregorius.

Charitas vera est cum & in Deo diligitur amicus, & propter Deum diligitur inimicus. Idem, Hom. 38. in Evang.

Illud imperium beneficium est. (Loquitur de mandato diligendi inimicos.) Hieronym.

Dum negas fratri misericordiam, tibi claudis Patris indulgentiam. S. August. Serm. 182. de Tempore.

Qua fronte dices Domino, remitte mihi multa mea peccata, si tu pauca conservo tuo non remisisti? Cyrill. Hierosol. Catech. 2.

Si quando animus tuus acceptæ injuriæ dolore exarsit, fac tibi Christus, Christianique vulnera in memoriam veniant; quantuloque pars hæc sint eorum, quæ Dominus tuus perpessus est: hæc ratione animi dolorem, velut asperja aqua extinxeris. Gregor. Nazianz. in Sentent. tetralich.

Imitatione Dei gloriosus est injuriam tacendo suggerere, quam respondendo superare. Idem.

Vindicta cælestis, inimicum diligere. S. Paulinus.

Magna & ineffabilis misericordia! cum in se quidem peccatum est, ad nudas tantum preces servo remittit; cum autem in conservum videt crudeliter, suam revocat liberalitatem. (Aluud ad servum cui Dominus remiserat decem millia talenta.) Chrysof. Homil. 27. in Genes.

Nihil Deus ita odit & averfatur, quam hominem ultionis avidum, & in animo suo perpetuas inimicitias servantem. Tantum ejus peccati damnus est, ut misericordiam Dei revocet, nec locum habere sinat. Idem, ibidem.

Si tantummodo non lætis eum qui te læst, avertas te tamen ab eo, nec ibenter eum videas; manes sine dubio vulnus in pectore, & dolor augetur in corde. Idem, de Compunct.

Nihil facit homines ita Deo similes, sicut inimicis parere. Idem, Homil. 27. in Genes.

Qui vindictam adornat, in animo suo perpetuas inimicitias servantem. Tantum ejus peccati damnus est, ut misericordiam Dei revocet, nec locum habere sinat. Idem, ibidem.

Qui cito movetur injuria, facit se dignum videri contumelia, dum vult indignus videri. Ambros. l. 1. Offic. c. 6.

Beneficium se putabat accepisse memorie Theodosius; cum rogaretur ignoscere; & tunc prior erat venia, cum fuisset commotio major iracundie, & optabatur in eo, quod fuisset in alio. Idem, de obitu Theodori.

Si te non læst frater, obsequium meretur ut diligas; si læst; magis obsequium meretur ut vincas; hæc enim nostræ Christianitatis summa est, ut amantibus vicissitudinem, ledentibus patientiam rependamus. Idem, Serm. 10.

Christus cum posset ulcisci, maluit immolari. Idem.

Qui refert injuriam nititur, ipse ipsam a quo læsus est, gestit imitari. Laëtant. lib. 6. institut. cap. 18.

Magnificentissime bonitatis est signum, ut tum quoque inimicum diligas, & ei, qui tibi malum vult, & facit, tu bona semper velis, faciasque, dum possis. Augustin. in Enchirid. c. 73.

Si non dimiserit, non dimittet Deus. Ad tam magnum sonitum qui non exsperscitur, non dormit, sed mortuus est. Idem, ibidem, c. 74.

Nihil mirabilius in rebus humanis, quam diligere inimicos. Idem in Confess.

Quem vis contemnere, pretium ejus attende, & cum morte Christi totum mundum appende. Idem de verbis Domini.

Quisquis pacem differt, occasionem querit nunquam ignoscendi. Idem.

Recole in omnibus justificationibus Domini; nihil mirabilius, & difficultius est, quam ut suos quisque diligit inimicos. Idem, Serm. 7. in Psal. 113.

Sciendum est Christum impossibilita non jubere, sed perfectæ; quæ David fecit in Saul, & in Absalom. Idem, Serm. 58. de Temp.

Per amorem hominis inimici effeceris amicus Dei, imo non solum amicus, sed etiam filius. Idem, Serm. 5. de Sanctis.

Sacrificium Christianorum. Idem, lib. de 50. Homil. 29.

Licet hominem vindicare, & nondum est Christus vindicatus. Ibidem, Homil. 42.

Non est aliud majus sacrificium, quod Deo debeamus. Ibidem, Homil. 6.

Si ergo prior dimisi, dimitte vel postea: invenis Pa-

affixus parabulo, omnium tamen injuriarum immemor. Ignosce, ait, illis, quia nesciunt quid faciunt. Idem, Serm. 4. de Pass.

Magna virtus est si non lædas a quo læsus es; si cui nocere potuisti, parcas; nobile vindictæ genus est ignoscere victo. Hugo Victor. l. 7. de anima.

Nulli Christiano, quemcumque odisse permittitur. S. Leo.

Amare amicos humanitas est, inimicos Christianitatis. S. Hieronym.

Non dedignetur, quod fecit Christus, facere Christianus. S. August.

Multa deliquimus, in multis offendimus, & Dominus ex sua humanitate dedit hanc viam reconciliationis. S. Chrysof. Hom. de Similitate.

Dominus justus: dura justus, sed magna promissus. S. August. Serm. 254. de Tempore.

In eo quod malus est quis eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit ignoramus; & plerumque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem adisti, & nescis. Idem in Psal. 54.

Grave præceptum, sed grande præmium. August. Serm. de Sancto Stephano.

Diligere inimicos, culmen est bonitatis, pietatis fastigium, divina Philosophia documentum. S. Chrysof.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia peni depromi possit in hoc argumento de inimicis diligendis, ac remittendis injuriis.

Cum Charitas Proximi generatim ea complectatur omnia, quæ sub hoc nomine continentur; eadem auctoritate, iidemque de causis, quibus Proximum amare tenemur, tenemur quoque inimicos diligere, quæcumque illi nobis injurias attulerint; unde inferendum est, non licere nobis aliquem ab ea excludere charitate, quam omnibus debemus; neque ulli eam veniam denegare, quam inimicis præstare jubemur. Hic erat Pharisæorum error, qui Proximi nomine amicos tantum censabant esse intelligendos: Audisti, quia dictum est antiquis: Dilige proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Ut charitatis præceptum adimpleatur, opus est, ita erga inimicos nostros affectos nos esse, ut semper eidem opem, operamque nostram præstando parati simus, quæcumque urgentis necessitatis occasiones occurrant; alioquin dici posset nullam nos in eos charitatem fovere; quæ res Evangelii præceptum palam infingeret. Præter autem gravissimæ necessitatis occasiones, nisi scandalum adit, atque nimis manifestum inimici animi iudicium; perfectioris est, non necessitatis ad salutem consulendam, eidem propter Dei amorem gratificari.

Charitas igitur præcipit, ut inimicos diligamus, non tamquam inimicos, vel quatenus inimicos; hoc enim esset participes fieri peccati illorum, eorumque damnationem velle; sed illos amare debemus quatenus proximos nostros, ad ejusdem beatitudinis perfruitionem ac nos evocatos; quæ distinctio a Theologis adoptata est post S. Clementem Alexandrinum 4. Strom. Verum non inde potest inferri, ut illos quatenus inimicos odisse possimus; quippe illorum personas amare jubemur, quæcumque in illis vitia, atque defectus deprehendantur. Distinctio altera: illos debemus amare propter Deum, non propter egregias qualitates, quæ in ipsis alioquin effulgere possent; eisque unice propter Dei charitatem injurias dimittere. Illos enim naturali studio prosequi, & erga illos eadem affectu benevolentia, qua erga amicos afficeremur: hoc ut plurimum a nobis præstari non potest; ideoque ad hoc JESU CHRISTI præceptum nequaquam extenditur.

Attamen in dubium revocari non potest, utrum Fidelis extrinsecus aliquot præ se ferre debeat hujus amoris notas erga inimicos, eas saltem, quæ communes sunt, & quæ universis debentur; puta, dolorem testari, si quid illis mali acciderit; latari, si quid boni evenierit; præsto esse, ut illis opem ferat, ubi opera notia indiguerint, aliæque id genus. Verum hoc etiam persuaum esse debet, amorem, quem illis debet, non in solis verbis immorari debere, sed ubi adit occasio, effectus etiam requiri. Quod vero spectat ad peculiaris affectionis notas, & benevolentiz demonstrationes, quibus

Inimici etiam proximi continentur, ideoque diligendi sunt.

Quo intrinsecus diligere possimus.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Nota, ex quibus gratiam nequam bona fide relata deprehendimus.

erga necessarios utitur, iisdem erga inimicos uti, consilii dumtaxat est.

Nota vero, ex quibus facile iudicari potest, injurias ex animo vere non dimissas fuisse, neque veram foveri charitatem erga eos, a quibus contumelia fuimus affecti, haec ferme sunt: Fugere eorum conspectum, contra quos ad iracundiam excitati sumus, nisi prius illi sese nobis subiecerint, nostraque dolores fecerint satis: cum illis non nisi in specie habere necessitudinem, atque ita cum ipsis in gratiam redisse, ut invitos, & aere id fecisse innoscat; ubi adit occasio nihil eorum praestare, unde illi intelligere possint, nullam inesse animo nostro amaritudinem; de illis non nisi per contemptum sermonem instituire; cum illis non colloqui, vel ubi id evitari minime queat, non sine indignatione quadam, frigide, eoque vocis tono, & oris habitu id facere, unde mentis nostrae perturbatio liquido cognoscatur: illorum occursum evitare; & nullam cum ipsis vel societatem, vel rem habere velle.

Ex animo illis parcere, a quibus laesi fuimus, est ita acceptas oblivisci injurias, ut cum iisdem aequae nosmet geramus, ac si nulla ab ipsis affecti fuerimus contumelia; cupere, ut nullas criminis poenas launt; & non solum non expetere, ut vel nos ipsi, vel alii ultionem de illis repetant, verum etiam ne optare quidem ut in illos divina ultio deserviat, atque in corde eandem erga inimicum fovere dilectionem, ac si nunquam ab amicitia nostrae officio recessisset.

Ita nobis parcendum est, ita enim cupemus nobis a Deo parci, atque ita ille repta parci, ubi nostra tamen poenitentia nos gratiae suae reddere dignatur. Ita etiam Dei Filius testatur futurum ut nobis eadem mensura remeatur, qua alii mensi fuerimus.

Parcendum etiam antequam peccatum commiserimus.

Abs re autem hic puto animadvertere, cum Deo dicimus, nos illis parcere, a quibus laesiti fuimus, non esse in hoc sensu intelligendum, quasi satis esset, nos praesto esse veniae illis concedendae, ubi inimici deprecati fuerint, quemadmodum oramus Deum, ut nobis parcat; debemus enim illis parcere, antequam petant. Hoc aperte docuit IESUS CHRISTUS apud S. Marcum cap. 11. Cum stabitis ad orandum, dimitte si quid habetis adversus aliquem, ut & Pater vester, qui in caelis est, dimittat vobis peccata vestra. Quod S. Augustinus his verbis confirmat lib. 2. de serm. Dom. cap. 28. Illo praesens praecipio, quod jubemus orare pro inimicis nostris, non pro his jubemur, qui veniam petunt: jam enim qui tales sunt non sunt inimici. Nullo modo autem quisquam vix dixerit orare se pro eo, cui non ignoverit.

Quamvis Theologi nonnulli docent, Deum nonnumquam revocare veniam illis concessam, qui parcere detrectant, quorum sententia ininiti videtur Parabolae servi nequam, qui conservo suo exiguum remittere noluit debitum, postquam Patrifamilias ingentem auri vim ab hoc sibi debitam remiserat: tamen, quemadmodum nunquam poenitet Deum gratiae, quam peccatoribus elargitus est, & ipsius beneficia, quae homo homini parcere detrectat, adeo enorme delictum esse, ut quadam ratione omnia, quae dimissa jam fuerunt, exaquet peccata; & licet non revocet Deus olim concessam peccatori misericordiam, qui aliorum misereri non vult, hunc tamen ob unum istud delictum mereri adeo severa supplicia, ac si praeterita scelera a Deo ipsi minime remissa fuissent: & profecto hoc illi peccatum Deum dimittere non vult; quod quidem manifestum est argumento, peccatum hoc majorem Dei ciere indignationem, & magis quam cetera, divinae misericordiae adversari. Hoc autem non abluat ab eo, quod S. Jacobus Apostolus epist. 2. inquit: *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Quamobrem Dei Filius Parabolam his verbis concludit Math. 10. *Sic & Pater meus caelestis faciet vobis, si non remisistis, unusquisque fratri suo, de cordibus vestris.*

Præceptum hoc honestum, non est tamen impossibile, non secus ac diffimulabile, quacumque nobis a Deo irrogata fuerit; & qui seculi dicit assereret, Deum injustitiae nomine redargueret; hominibus enim ea præcepisset, quae adimplere in eorum potestate non esset. Quapropter supponendum est semper, Deum nobis vires sua

gratia præbere ut sibi obtemperetur ea in re, qua nihil ipsi videtur antiquius. Ad hæc quidquid Ethnici quidam, atque nonnulli ultionis cupidius sua excecata iracundia, effutierint, liquet tamen, quod ob humanas tantum rationes parcere ne ipsas quidem naturae vires excedit, quandoquidem exitere nonnumquam infideles, quod bona fide gratissimas sibi illatas injurias remisere, atque eos dilexere, a quibus probis, atque conviciis affecti fuerunt.

Præceptum hoc diligenti inimicos, ac injurias dimittendi, quantumvis arduum, & difficile videatur, justum est, & æquitati naturali conforme. Licet enim solam illius spectaremus auctoritatem, a quo fuit irrogatum; ad aliquid enim probandum, scire sufficit, Deum id velle, quin alia asserenda sit ratio; illi jus fuit legem hanc imponendi, ergo justa est. 2. Ad hæc non deficit æquissima ratio, propter quam hoc nobis præcipitur, videlicet nequis eam sibi vindicare auctoritatem, quæ unum Deum decet, nempe nequis esset in propria causa iudex; quod omnia simul divina, humanaque iura prohibent; alioquin enim terra cædibus ac rapinis esset referta, quo proculdubio contingeret, si cuiquamque integrum esset ultionem suam persequi. 3. Quia Deus unus & injuriam magnitudinem, & huic debitam poenam cognoscit; & si quis in causa sua iudex esset, facile in poenis infligendis excederet, & ultiones æternas persequeretur. Ita & publico, & privato bono a Deo hæc lex constituta est; qui enim præcipit nobis, ut Proximo nostro parcamus, præcipit etiam Proximo, ut vicissim nobis parcat, & hac ratione publica securitati consultum est.

Qua via licet peccare ut ius sibi fiat, ut acceptis injuriis.

Cum Dei mandatum vulgo satis validum non sit, ut ultionem coercent, cumque aliquo homines, qui vellent omnes, quæ sibi inferuntur, contumelias dimittere, eorum patenter insultibus, qui Dei metum penitus exegerunt; communicavit Deus suæ auctoritatis radiolum Judicibus, & Magistratibus, ut scelera persequerentur, & prohiberent, ne viri boni ab improbis opprimerentur. Hinc autem sequitur, quod licet, & nonnumquam etiam decet ob gravem injuriam acceptam jus suum retinere; ideoque opus esse, ut ad id via quadam forenses pateant, quibus interdum non fit. Quamobrem in veteri Testamento quadam erant iustificationis rationes a Deo constitutæ, & nunc quoque constitutæ sunt Iudices, & Tribunalia, ad quæ confugere licet, seu ad semet defendendum, seu ad propulsiendam injuriam; non enim tempus distimulare jubemur vel silentium tueri, quæcumque se offerat occasio; & dummodo necessaria moderatio retineatur, atque charitas fervet, licet jus suum persequi, & petere, ut jus sibi reddatur, ob probum, quod fuerit illatum.

Ne quid hoc in argumento ultra fas, & æquum videamur asserere, fatendum est, habita quorundam spectabilium virorum ratione, qui atroci aliqua injuria fuerunt affecti, nulla eos necessitate teneri, ut suum prævertant inimicum, eidem licet non petenti veniam largientes: hac enim fortasse notam quadam dedecoris inureret eorumdem dignitati, & occasione præberet ut ex eorum facili lenitate anam arripere homines improbi alienæ humilitati illudendi. Verumtamen ex hac doctrina non decet generale aliquid effectum constituere, quo plurimi possent abuti.

Quomodo inimicos diligendo sumus? li Dei.

Quemadmodum hoc præceptum parcendi, immo etiam gratificandi inimicis est difficile, atque huic ipsa natura adversari videtur, Salvator illud leniter dignatus est præmiorum magnitudine, inter quæ hoc facile primum sibi vindicat locum, quod per hoc Dei Filius, & eidem similes eyadimus. Licet enim per Baptismi gratiam sumus Filii Dei, eiusque familiam ingrediamur; hæc tamen filiatio, quæ nobis cum omnibus Christianis communis est, nullius nobis erit utilitatis, nisi eo fulciatur amore, quo inimici sunt diligendi. Diligite illos, Salvator ait, ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est; non igitur eritis filii, nisi illos dilexeritis, S. Joannes Chryostomus concludit.

Dei Filius, ut nos ad injurias dimittendas impelleret, hanc tamquam inevitabilem conditionem constituit ad scelerum nostrorum veniam consequendam, ita ut fieri nulla ratione possit, ut delictorum nostrorum veniam obtineamus, nisi prius inimicis pepererimus. Hoc autem ex pluribus rationibus consequitur. Primo Deus tamquam supremæ gratiarum suarum arbiter, quacumque sibi libuerit conditionem potest apponere; at peccatorum

Quid peccati huius gratiam contumeliam.

rum nostrorum veniam injuriarum connectere placuit, quemadmodum ex pluribus Evangelii locis plane colligitur. Secundo. Quia fieri nequaquam potest, ut vero criminum nostrorum dolore tangamur, donec hoc adversus inimicos foveamus odium, quod gratissimum scelus est. Tertio. Quia hoc peccatum in se peculiariter opponitur Misericordiae Dei, indefinenter parentis. Ita cum velit Deus, nos sibi similes esse, in hoc præcipue similes esse cupit; quia non in potentia, vel maiestate, reliquitque perfectionibus, sed unice in misericordia illi similes esse possumus. Ut autem ad id nos inducat ratione ex eodem, quod urget, argumendo desumpta, pollicetur futurum, ut si parcere voluerimus, in nos misericordia sua utatur, qua tantopere indigemus, quam alioquin nullo pacto obtinebimus; & quam ne petere quidem ab eo possumus, quia nos ipsi in nosmet condemnationis sententiam feramus.

Iracundia, & acceptum injuriarum recordatio ob hoc præ ceteris sceleribus nequiores sunt, quod sunt duriores, atque fere sine intermissione perseverant, neque in memoriam contumelia revocatur, nisi ut rursus peccetur. Rei hujus rationem S. Joannes Damascenus adfert; videlicet quod aliorum peccatorum actus paupis durat: qui eadem, fursumque committit, cito explet votorum suorum summam; & illa peccata inter breve temporis spatium complectitur, quo expleto actus non durat. In hujusmodi etiam peccatis, ut plurimum poenitentia intervallum non relinquunt, & licet peccati idea subinde excutitur, non ideo tamen illico probatur, & hanc ob causam non committitur scelus; sed ultionis cupidius singularis peccat momenti, quibus non parcendo perseverat; nunquam acceptas recoscat injurias, quin ultionis suæ cupiditatem foveat, atque exasperet, alioquin non adderet recentes actus peccati. Unde interendum est ipsum, donec eo in statu permanerit, nihil boni agere possit; sed potius iniquitati addere iniquitatem: *Qui inimico insensus est, semper habet peccatum, vivitque in peccato: Pater hic ait.*

Ultio quam sit injusta.

Ultionem, si effectus illius perpendamus, injustam esse liquebit: primo quia fere nunquam inter offensam, & supplicium servatur æqualitas; pro una injuria, sexcentæ referuntur; pro exigua obreptatione, per fas, & nefas, oportune, ac importune aliena existimatio laniantur. Secundo, quia ad ultionem quacumque via curritur, omnia contra inimicum licere videtur, & cupimus, ut iracundia nostræ sensu quicumque afficiatur. Tertio ultor injustus est ratione habita Magistratus, cui publica adhæret auctoritas, cum iustitiam postulet ordo, nevenim in propria causa iudicem esse. Quarto injustus est erga seipsum: licet enim presens loquendo, iustitia, & iustitia semper referantur ad alterum, hoc minime prohibet, quominus tibi insinem inferas injustitiam, in te Divinam ultionem extorquens.

Quo in sentia vim repellere licet.

Qui ulciscitur, contra omnia rationis principia operatur. Rationi adversatur, sibi metipso lethale vulnus infligere, ut illi, a quo laesiti fuimus, leve malum inferamus. Rationi adversatur, nolle parum dare, ut plurimum referas. Rationi adversatur, obedientiam Deo detrectare, ut tua pars iracundia. Rationi adversatur, se se crudeli tradere inimico, qui nos in æternum perditurus est, ut inimico injuriam afferamus, qui in fatalis nostræ negotio nihil nequit officere. Si ultionis cupidus adhuc sane alicujus cogitationis est compos, tandem aliquando rationis consilio aures non depreget.

Cum dicitur, per leges licere vim vi repellere, hoc minime significat, licere contumeliam pro contumelia respondere illi, qui prius nobis injurius fuit, atque ut dici solet, pari pari referre, sed cum tibi inferat injuriam, temet opponere posse, & prohibere, si fieri potest, ne inimici hominis conatus e voto cedat; non autem, ut dedecore affectus fueris, integrum esse tibi ultionem reportere. Alioquin liceret tibi eorum etiam depopulari domos, qui iniuste tibi idea diripiunt. Quot eheu inde existerent mala! *Bona Lex!* Quot eheu inde patitur, non spectat nobis illatam injuriam, sed tantummodo, quam alii inferre contendunt.

Hoc ne prohibet quidem, quominus jus nostrum in foro persequamur, eaque repetamus bona, quæ per vim, & scelus nobis rapta fuerunt, ac tandem quominus legitimum pro Republica bellum suscipi possit. Charitas enim iustitiam non adversatur, &

fieri potest, ut exteriores effectus in huiusmodi occasionebus noxæ sint apparentis oculi, cum internum verus amor in corde regnet. Verum cum hoc arduum sit, ac difficile, merito Patres, Theologique tentantur, periculose opus plenum alex esse litem intentare, ac bellum indicere, neque hæc extrema tentanda esse remedia, nisi postquam reliqua omnes tentata via fuerint, & postquam nihil prætermisum est, ut omnia ultro citroque amice transigantur.

Honoris species, ac nostræ existimationis amor ut plurimum ultioni causam subferunt; times enim ne ignarus videaris, nisi vitæ ipsius impendio sustuum persequeris. Huc autem afferam verita esse nonnullas, quæ futuribus indigent argumentationibus, & quæ diligentius enucleantur a P. Delingendes in tribus postremis sermonibus, quos de Inimicorum dilectione elucubratus est. Prima actum esse non christianam solum, verum etiam moralis fortitudinis, ferre injurias, easque dimittere; Aristoteles id probat quarto Ethicorum, & rationes adfert. Altera; nullum esse fortitudinis characterem persequi ultionem injuriæ; solus enim naturæ impetus, & iracundia, quæ infirmiorum propria est, eo nos impellit. Tertia; verum honorem esse sapientum virorum existimatione, & iudicio esse existimandum; unde inferendum est, singulare certamen furentis potius esse, quam fortis.

Quemadmodum nullum præceptum est hoc utilius, ita nullum est cuius observantia quidem enixius commendatur, violatio autem gravioribus supplicis puniatur. Inde hominum præsertim iocundas, & rerum bonus ordo procedit: oportuit sciri, ut Dei Filius nihil missum ficeret, quod homines ad illud adimplendum adigeret. Verum non alia potior adinventæ fuit ratio, quam proprium ejusdem exemplum, cum a inimicis suis mortem unam omnium maxime sevam perpessus, inter gravissima, quibus afficiebatur tormenta, pro illis deprecatus est, a quibus torquebatur.

PARAGRAPHUS VI.

Loci ex Aestheticis, Neotericisque Concionatoribus descripti.

Plurimi ad hanc quoque diem contendunt hoc inimicorum diligendum præceptum observare minime posse, quod olim Ethnici nonnulli cenue-re. Haud ita Fideles; hæc, quam præstitis, impotentia non ex seipsa, sed ex animi vestri improbitate profecta est. Nullam hic excusationem asserere poteris, veluti cum jejunare vos minime posse dicitis vel propter infirmitatem, vel propter temperamenti imbecillitatem; bona enim, vel ad vram valentiam hic locum non habet. Neque de elemosynis agitur, ubi egestatem vestram causari possitis, Non arduum, ac laboris plenum opus exigitur, non alia meditationes, quas extra vestrum captum possis dicatis; id unum queritur, ut illi, a quo laesiti fuistis, parcatis. Injuria vobis illata, personalis est; eam potestis remittere; neque alio vobis stabit impendio, quam exigua vis vobismet ad cælum acquirendum illata; quæ in terris videlicet requiem, quam parcendo assequimini. P. Cheminatus sermone de injuriarum venia Tomo 3.

Hic locus esset describendi animum, quem ultionis cupiditas tener; verum cuiam id facilis esse poterit, quam vobis qui vires illius estis experti? Nonne præcox infernus est, die ac nocte ardentibus uri flammis, quæ indefinenter in memoriam illius imaginem revocant, quem persequimini, tamquam sævissimum monstrum; quæ acceptam injuriam amplificant, iracundiam cient, atque ad inimici conspectum vehementius urant? Quis dolor, si felix est, omnesque illi e voto conatus cedunt! Quæ indignatio, si bene audit! Quæ desperation, si in honore haberetur! Quæ invidia, si potens est? Quis metus, si superior! Quæ suspitio, si prudens, & callidus! Quæ cura, ut ea evites consilia, quæ molitur in te! Quæ a seipsum sibi met indefinenter succedentium procella! Proh quoties clanculum opasit, nunquam hanc vobis reperisse tempestatem neque eum movisse lapidem, qui tot in caput vestrum mala pettraxit. Attamen humani respectus causa loco non ceditis, curas duplicatis, nihil intentatum relinquitis; omnia adhibetis, pecuniam, amicos, existimamionem, vires, dolos, & post incredibiles exantatos labores, ut

Ultio opus ostendit non est.

Nemo ab injuriis dimittendis excusari potest.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

ultionem vestram persequeremini, dicitis. non possum parcere, quia hoc est nimis difficile. Si lege lata percipitis, Domine, ut mortalis eos omnes periret labores, quibus ultionis cupidus torquetur, quis eam observaret? quis se omnino id non posse testaretur? quis legem tuam, tamquam tyrannicam non condemnaret? Idem.

Si quis unquam iure suo ultionem exercere potuit, hic sane fuit JESUS CHRISTUS, qui tot iisque gravissimis opprobriis fuerat affectus. Illum videus sine honore, Cruci affixum, inter latrones, nudum, selle potatum, maledictis impetitum, & tamquam hominum abjectissimum habitum. . . . Si magnitudo injurie crevit pro ratione personae cui interitur, non oblivisceris profecto dignitatis, sanguinisque vestri; at ne vos quidem meriti eudem obliviscimini. Ille tandem minime ignorabat quam in re honor versus situs esset, neque falli poterat hac de re ferens iudicium. Vidisti pendens, S. Augustinus ait, audi clamantem. Injuria omnem intelligentis magnitudinem; hac efficit, ut vestra fides ipsa quasi labefacta concutiat. Audi clamantem. Quod ille dicitur est hoc in statu, non jam dicit post acceptum dedecus, sed in ipso injurie fervore, in ipso conyicio, inaccessu mortis turpissimae, vestram procul dubio iracundiam infringeret; Pater dimitte illis. Non ait: O viventium aequae, ac mortuorum iudex, oppresse innocentiae vindex; his ad odium excitandum artificis vobis non indiget; Pater; sed Patris utriusque nomine ad illius benevolentiam excitandam, & id, quod petit facilius adsequendum. Dimittite illis: Dimittite prodionem, perjurium, calumnias, vitium, invidiam, denique infamiae, quod perpetravit, Deicidium. Pater dimitte; omnia hac obliviscere crimina, quorum sola species tuam iram existimulat, & id unum cogita, te meum Patrem esse, & te a moriente Filio rogari. Illi; sed quoniam illi? Populo huic ingrato, quem omnibus terrarum gentibus praetulit, Judae, qui me prodidit, Phariseis, qui me tradiderunt; Pilato, qui me morti adjudicavit; Herodi, qui me sicutum censuit; carnificibus, qui me cruci affixerunt. Pater dimitte illis. Nescitis enim quid faciunt. Sceleris sui magnitudinem nescitis. Hae, o Christiani, ultio est, qua Deus vestre mortem suam profectus est pro inimicis preces effundens. Idem.

Quandocumque parces? Cur non statim, in ipso Templi exitu? Expectas ne, quoad mors iracundiae tuae finem iniicias, ac odium tibi in corde deprehendat? Cur differis? Cur vulneri virus addis? Quisquis pacem differt, occasionem querit nunquam ignorandi, S. Augustinus ait. Hic accidit, inquit S. Chryostomus, ut in ore, quod motum est, quod statim facile suo redditur loco, at si multum temporis elabatur, majori cum difficultate medica manus adhibetur. At enim jam pridem invicem non occurrimus, neque nos videmus. Quid ergo! putatis ne, odium prescriptionem habere posse, & inimicitias legitimas fieri, eo quod inveteratae sunt. Quenam haec coram Deo excusatio! Sed contra quam aedificatio proximo cedit, cum illi, quorum similitudinem tantum civitatem scandalum afferbant, ad officium redeunt, atque invicem reconciliantur. Idem.

Dei Filius ea in oratione, quam quotidie effundimus peccatorum nostrorum veniam exoraturi, haec inseruit: Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: ita ut fidelis, qui aliqua fuit affectus injuria, & qui illius ultionem exquirat, inimico suo parcere detestans, hanc Orationem proferens Deum rogat, ne sibi parcat. Haec oratio orantis fit condemnatio; & Deus illi secreto dicit: Ex ore tuo te iudico. Me rogas, ut tibi parcam, quemadmodum parcas iis, qui te laeserunt; tu autem non vis illis parcere, rogas ergo, ne tibi parcam. Hoc & ego volo; tuis precibus fector, tuam orationem exaudio. Ita cum ultionis cupidus hanc precem effundit, odium adhuc fovens in inimicum suum, Deus profert damnationis eius sententiam. Ita, S. Chryostomus ait, vult Deus, ut a nobis ea pendat venia, quam nobis concessurus vel negaturus est, atque in nostra manu statuit eam sententiam, quam aliquando est prolaturus. Auctor Neotericus.

Neque Socratis, neque Moysis disciplina, neque Philofohia, neque Lex antiqua veritatem hanc cognoverat. Praecipue diligendi inimicos est novi Testamenti; mandatum hoc adeo sanctum non nisi ex Ecclesia Dei emanare potuit, adeo supra

Parcendum est exemplo JESU CHRISTI.

Ultionis cupidus Dominicae orationem recitare non potest, quia se ipsum condemnat.

Amor inimicorum proprie est i. c. d. disciplina.

hominem positum est. Itaque illius auctor est JESUS CHRISTUS, hic ore proprio nos edocet, Matth. 5. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros. Haec verba sunt Salvatoris mundi, haec nostra fides, nostrum Evangelium, nostra disciplina, ac verus Religiois nostrae character. Alia Christianae Religiois nota, pietas, poenitentia, spes in Deum, humilitas. ipsam quoque Martyrium aequiva erunt fortasse; at unius inimicorum amor ambiguus non est; per hunc tantummodo versus Christi fidelis distinguitur; & qui Fidem amplectitur, subit onus diligendi perfectorem diligendo perfectionem. P. Rapin in libro de Christianae Religiois Spiritu cap. 2.

Cum Mundus in eo collocet dignitatem suam, si minime pepercerit, atque ultionem ipsam loco virtutis habeat; cumque in eo positus firatissimus Christianae perfectionis apex, ut inimicum suum diligat, hac in re Christiani hominis caritatis praecipue debet enitescere. Philofohia hujusce evadere nondum potuit; & hoc in Christiana fide majoribus difficultatibus, quam caetera obnoxium est. Sed postquam JESUS CHRISTUS hac in re nobis suam voluntatem aperuit, & exemplo, & verbo; Christianus omnem debet iracundiae sensum, omnemque naturae infirmitatem exuere, ut illam sibi dimittat injuriam, si tamquam Christianus velit operari. Verum est inter gentilitatis tenebras quamdam veluti umbram hujus virtutis Ethnicis assidue; cuius quidem in insignioribus illorum, rebus gelis radia apparent vestigia; verum enim vero si intus, & in cute haec omnia explore velimus, ob quamdam jactantiae, & vanitatis spiritum illos pepercisse patebit; eorumque clementia non aliud erit quam secreta superbia, factum, & existimationem requirit. Christiana vero clementia e contra non aliud querit, quam illius utilitatem, cui parcat, & nihil magis, quam vanitatem perhorrescit. Idem cap. 3.

Quid dicam de aeternis odiis, inveteratisque asperionibus, quae tanto cum scandalo foventur? Cum eo, a quo laesi fuimus, loqui non possumus, immo illum ne oculi quidem patiuntur, & credimus iustam esse iracundiam eo, quod fuimus laesit. Quid hoc magis adversatur Spiritui Religiois, qui nullum pati potest teporem, nullam frigiditatem? Ipsam etiam conscientiam nostram fallimus, ubi odia, atque simulatas innumerum credimus, nos nequaquam odisse, neque velle mala illi, a quo detrimentum fuimus affecti; sed ubi huic adversitas ulla congerit, praesentia exultamus; cumque dicimus: Illum non odi, sed eum videre non possum, neque ullam cum eo necessitudinem pati: hoc illum Christiana prolequi charitate vocatur. Idem cap. 6.

Amor, quo Filius Dei homines profectus est, nunquam magis, quam in eposidem passione eluxit: quippe illa eadem nocte, qua homines contra vitam illius conjurabant, clementissimus ille Deus id unum cogitabat, quomodo hominibus charitatem suam testaretur. Sacratissimum corpus suum illis in animum cibum tradidit eodem tempore, quo unus e discipulis suis per summum nefas eum inimicis prodebat, a quibus erat crucifigendus. Moritur autem opprobriis, & contumeliosis oneratus, cumque de tribunali ad tribunal raptus fuisset, a suis derelictus, desertus ab omnibus, non sine gravissima infamia nota cruci affixus inter tetras carnicum blasphemias moritur; sed ea moritur animi tranquillitate, suavitate, patientia, silentio, pace, ut carnicibus ipsi mirarentur. . . . atque inter mortis crudelissime turpissimaeque funestis horrores, licet tristitia, & amaritudine confectus non aperit morientes oculos, neque illos sursum ad Coelum attollit, nisi ut Patris sui misericordiam imploret pro illis, a quibus male torquetur; sanguinem suum effundit, ac moritur pro impiorum, a quibus cruci affigebatur, salute. O magnam charitatem humanis mentibus nunquam satis percipiendam! Jure affirmabat S. Chryostomus, maximum Divinitatis JESU CHRISTI argumentum fuisse, quod eos eriam, a quibus eneabatur, diligeret; oportet enim Deum esse, ut hoc modo, qui adeo hominis captum excedit, diligere valeat. Idem cap. 1.

Insignis quidam vir egregia sanctitate conspicuus, licet injuria ab inimicis suis damneretur, dicere consueverat, illis fortasse secretam aliquam rationem adesse, cui nihil fortasse habuisset, quod responderet, si hanc sibi aperire voluissent. Hoc

J. C. nobis praebuit exemplum amoris inimicorum.

Excusati possunt inimici ob id eriam, quod nos persequuntur.

saue est illum perfectionis apicem attingisse, quem elapsa retro sacula minime cognoverunt. Patientiae vocabulum non satis est amplum ad egregiam hanc animi lenitatem, quae omni penitus care e exemplo irritanda. O vos, quos minima quacumque irritat injuria, & qui levissimas ob causas interecina odia, nunquam intermiserunt, suscipitis; vos, quos nulla unquam lenire potuit vinolenta, insigne hoc tandem exemplum intuiti, rubore suffundimur, ac vosmet aequiores, mitioresque praedete. Desumptum ex Auctore Anonymo, & Neoterico.

Inimici diligendi sunt ex animo, neque ii imitantur, qui quodammodo sibi vim asserunt, ut Deum pro inimicis suis deprecantur, & qui id meditate faciunt, non ex vera animi propensione, ac ea voluntatis plenitudine, quam Dei Filius exposcit: Nisi remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Illi inimicos suos ore potius amant, quam corde. Non vult Deus, illos a nobis invidis anari, atque peccato odii inanem gloriam fictitiae charitatis adjungi. Scrutatur ille, ac penetrat cordis nostri laebras penitiores, & quemadmodum per Apostolum suum dixit homicidam esse, qui fratre non suum dicit, inter Christianos ingentem conficit numerum homicidarum, quorum quidem manus innocuae sunt, cor vero atro veneno perfasum. Liber cui titulus, Vita Sanctorum veteris Testamenti, in vita sancti Patriarchae Joseph.

Quo mala laegereat, si ultio licita foret.

Ut intelligas hanc Religiois legem cum naturali aequitate consentire, haec tecum considera. Si fas esset cullire ultionem persequi, quam late in rebus publicis, atque imperiis mala grassarentur? Judices essent sine imperio, Magistratus sine autoritate, societates sine disciplina, urbes sine regimine. Cum enim ultio semper acceptam injuriam excederet, omnia iniustitia repleretur; cumque in ea, quae exigitur, reparatione, semper injuria gravior ultione ipsa haberetur; semper inter homines ira, furor, quae debaccharetur. Crebra cum aggressor semper ius sibi esse putaret contra illum, quem aggressus est, fieretque iudex in causa propria; nonquam gratia refarci possent, nemo penes se injuria esse nallet, atque inde in familiis irreconciliabiles inimicitiae, & in conjugis divortia proficiscerentur. Ad hac si privato cuicumque liceret ultio adversus patrem, vel inferiorem, licere quoque deberet in superiore. Quam tunc esset rerum omnium perturbatio! quis Juxta pro tribunali suo dicere audeat? Quis enim le jure da nantur existimaret? Quis Magistratus &c. atque proinde quomodo omnia suscipere deperirent? Ultiones quotidie percerebreferent; mundus nihil amplius esset, quam furentium cetus le neper huius invicem inferentium, atque alterius alienum meditantium interitum, ac in id intentorum, ut via n fibimet ultro citroque exitium inferendi quaerent. In Sermone, qui P. Massillon attribuitur, Sermon de injuria unum venia.

Hocine improbatum insolentiam probare, violentiam, atque impotentiam, & contumelias invenire putabitur, eam legem statere, quae tot prohibere mala, quae familiaris requiem, quae publica pacem procurat, atque ubique rectum ordinem, atque consensionem constituit? O pii, atque sancti homines primorum temporum! numquid inter vos turbae, atque inimicitiae vigeant? numquid inter omnia unum tantummodo animam, cor unum efficiat; eadem cogitationes, eandem voluntatem, sensus eosdem. Haec lex charitatis omnes conditionis inaequalitas obstitit, justitia, & misericordiae qualitas in ipsis dominabatur. Nulli eant inimici, nulla vindicta, nulla iracundia. Hoc hodie quoque venia lex gigneret, si diligenter observaretur. Idem.

Cum inimicus tuo gaudet excidio, teque supplantat, ut de acquisitione honorum gradibus deciderat, cum alius deactionibus suis omnem tibi abrogat fidem, & existimationem, atque fortunam tuam, quae uni fortasse nominis tui fama innitebatur, subvertit, si in illum irascaris, ne tu quidem vehementer erras. Non illi accepta referenda sunt ea, quae tibi mala cedunt, sed illo utitur Deus, vel peccata tua puniatur, vel probaturus virtutem. Horum infortuniorum causa in terris quaeruntur, cum eorum auctor in caelis sit; atque illic ea egrediatu invisibilis manus, a qua percuteris. Sursum oculos attolle, ac intelliges Deum

esse, qui inimicorum suorum passionibus utitur, ut per eorum convicia numeris. Idem.

Numquid JESUS CHRISTUS mortem suam tamquam opus iniquitatis inimicorum suorum respexit? numquid in illos culpam omnem reiecit? quin immo nonne carnicibus ipsos excusavit, quasi ignorarent id, quod faciebant? Serrissimum hanc necem non alium esse putavit, quam amarum calicem, sibi ab aeterno Parente ab ipso saeculorum primordio praeparatum. Talis etiam fuit iustorum sententia erga illos, a quibus saevissime torquebantur, & ea venerantur flagella, quibus a eos plectendos Dominus utebatur. Primi Fideles reverebantur manum peccatentem; Caesarum potentiam Religioni insensissimam colebant; & gladius fratrum suorum errore imbutos tamquam gloriae suae instrumentum, & divina erga eos misericordiae notas spectabant. Denique primi illi Christiani nullus erant inimici, Tertullianus ait, atque mortales omnes indifferenter diligebant. Tui illos docuisti, Domine, homines quantumvis infesti sint inimici, nihil tamen in servos tuos posset; nisi illis desperare potestas fuerit collata. Fidelis igitur in terris exagitatus in acceptis contumeliosis amicum manum spectare debet, quae ipsum percuteret, & humiliare conatur, ut eundem priorem, atque gloriosorem enociat. Idem P. Massillon.

Quorum autem renes imitari Salvatoris de Erubescere Cruce pendens extimulam, atque pro carnicibus suis veniam petentis? Numquid rivuli Sanguinis de illius corpore fluentis ultionem miserum hominum, ad quos redimendos in terras delapsus est, extinguere non poterunt? Cur hoc lancea vulneratum, lethali butique plagis confossum nequit Fidelium cor erga fratres ipsorum aperire? Hae innotens lingua novissimum conatum exteris caruit cum saltem ex aeterno Patre petitura non excitabit JESU CHRISTI discipulos, ut leves injurias dimittant? Idem.

Ad sedandam in Christiano viro ultionis cupiditatem, illi quidem sufficeret dicere, mea sententia tibi a te laesitissus fuit, & inde percipies, quae debeas fratri tuo sensum, a quo injuria affectus fuisti? Peccans Deo injuriam attulisti; ideoque factus es ultionis eundem obiectum, a justitia ipsius pendes arbitrio, ac ille te pletere potest, ubi eadem placuerit. Nonne verum est, te ex animo cupere, ut tibi parcat Deus? tibi maxime sollicitudinis causam esse, quod de ipsius erga te misericordia dubitare teneris? te nullam pacem invenire posse, donec ille tibi fuerit inimicus? Te irritavit frater tuus contumelia; tu vero illi parcere detrectas; vix intelligere possim, quomodo ex corde veniam optare possis, qua indiges coram Deo, atque simul obstinato, obduratoque animo negare veniam, quam debes. Numquid aliqua causa est, propter quam Deus se tibi praeberet indulgentiorem? numquid in uria, cujus ultionem persequeris, illa gravior est, cujus ultionem expavesces? Vis, Deum oblivisci sceleris tui, tu vero hominis errorem oblivioni tradere negas? Tanta est sensuum tuorum confusio, ut inde fati indignitatem tuam percipere valeas. Probare possem, iuxta Christianae Religiois principia appetitissime inter se opponi hanc duplicem voluntatem, qua & coram Deo obtinere vis misericordiam, & erga proximum tuum misericordia uti non vis; ideoque tibi negotium minime facessere, utrum Deus ulciscatur, nec ne, cum tu ultionem exortas. Verum satis esse puto ex te quaerere, quomodo nam possis simul conjungere ideam veniae, quam cupis, cum idea veniae, quam tenis. Liber, cui titulus, Considerationes in varia Religiois, ac morum disciplinae argumenta. Tomo 3.

Dei Filius Dominus est & laedentis, & laesi, ipse A proximi sanginem suum effudit, ipse pro utroque mortuus est. & hoc misericordiae suae testimonio ita utrumque conjunxit, ut cessare a mutua dilectione non possint, nisi ab eadem amore cessent. Ad ipsum quoque pertinent, neque possunt se se mutuo diligere, quin odio, ac ultro, citroque detrimentum inferre, quin injuriis sint Domino, a quo redempti sunt, & cui eandem debent obedientiam, non satis sunt Deo Filio eos simul conjungere, eodem redimens pretio; se ipsum illis conjunxit vinculis, quae frangi non possunt, quin foedus illius contemnatur, & persona contumeliosis coinquinetur. Se se hominem faciens illos Dei filios effecit, ac ipse factus est frater eorum; ita ut per hanc amicitiam iustus, qui

non alienantur hic in re Salvatorum.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.